Potym Konstytucya 1700. fol. 247. Ktorey słowa: Forum  
prepisane daunieyszymi Prawami w Sprawach o Dzie-  
szęcinę, aby redynie w Sądzie Ziemskim mieścić się,  
y rozstrząsać, Salwa do Trybunatu upelniamy appella-  
tionie.

Konstytucya 1775. Tom 1. fol. 47. Ktorey słowa: Co się tyczy  
tychże Doli Silla checkub o Dzieżęcinę. Bullę Verbona  
VIII. urkutecznioną miści chciemy, y aby do Rekcuyi  
przywrócioną była, ustanawiamy.



Optacalismy Prusakom et 7 Lanow Chmielnickich, a nie  
Diedzie maykowa.

In Cathedra Conventus Calisii Canoniorum Regis Salsi introducta,  
Siquidem Iudicio Condensationali constat Synagogam Calisii  
Summas. Primam mille Floz Polz Anno Millesimo Sexcentesi-  
mo octuagesimo octavo, Feria quinta post Festum Omnium  
Sanctorum et onere olim Spectabilis Skrzepanski profectionem.  
Alteram mille Floz Polz. Testamento ultime voluntatis per  
olim Spectabilem Georgium Skrzepanski Anno Millesimo Septin-  
gentesimo Septimo, Die Decima Octobris Condito pro re Eulisia  
Sancti Nicolai et Summa, a Synagoga Calisii eidem debita  
Dispositam, Decretoque Vice Patrimoniali Anno Millesimo Septin-  
gentesimo Decimo Tertio, Feria Secunda post Festum San-  
cti Francisci Confessoris, Inter Venerabilem Conventum  
Canoniorum Regularium Lateranensem, tum alios Con-  
ventus, et Synagogam Calisiiensem prolate Eidem Conventus  
Canoniorum Regularium Lateranensem adjudicath. Ter-  
tiam Trium millium Floz Polonicum ab olim Generoso  
Bartholomeo Swinarski pro Capella levatam Anno Millesi-  
mo Septingentesimo undecimo, Feria Secunda in Crastino Fe-  
sti Omnium Sanctorum. Quartam Sex millium Floz Polo-  
nicum de manibus Spectabilium, et Famulorum Joannis Anto-  
ni bini nominis Maryanski Apostolici Notarii, et Helene  
de Rogowicze conjugum profectionem Anno Millesimo Septingen-  
tesimo vicesimo octavo, Feria Tertia post Dominicam Septua-  
gesima. Quintam mille Floz Polz de manibus Generosi Jo-  
annis Gorski procedens. Eodem Anno Feria quinta post Festum  
Sancti Andrea Apostoli. Sextam Sexcentorum Florenorum  
Polonicum ad Subscriptiones in spatio Feria Sexta ante Fe-  
stum Sancti Martini Pontificis Anno Millesimo Septingente-  
simo quinquagesimo octavo per Seniores Synagoge Calisii fa-  
ctas usque non Subscriptas. Septimam Duorum millium  
Floz Polz et onere olim Generosorum Ignatii et Michaelis  
Zielonackich profectionem Anno Millesimo Septingentesimo Triginta  
quinta Feria Sexta. Sexta post Festum Sancte Lucie Vir-  
ginis. Octavam mille Typhonum efficiens Floz Polz mille.

ducentorum Sexaginta Sex, grossos viginti et octo olim specta-  
 bilis Marianna Komostynska emergens. Anno Milleesimo se-  
 ptuagentesimo trigesimo nono Feria Tertia post Festum San-  
 cti Francisci Confessoris. Nonam Duorum millium cen-  
 tum Sexaginta Flor Pol. ex Donis Boywidze translatabam  
 Anno Milleesimo Septuagentesimo Sexagesimo Secundo Feria quin-  
 ta post Festum Sancti Francisci Confessoris. Decimam  
 Trium millium Flor Pol. per olim magnificum Adbertum  
 Stelbynicki ex Summa viginti millium Flor Pol. a Synagoga  
 Califici Eidem delita spatio in Anno Milleesimo Septuagente-  
 simo Sexagesimo primo Feria Secunda post Dominicam Con-  
 tate Coram Actis Castrensis Califici Super quietationem  
 De Summa trium millium Flor Pol. in Rem Synagoga  
 Califici Subscripto pro re Conventus Califici Canonorum Regis  
 dispositam, preedentemque Decreto Castrene Califici Feria Secunda  
 post Festum Sancti Bartholomaei Apostoli Anno Milleesi-  
 mo Septuagentesimo Septuagesimo Sexto molate pro Re Epis-  
 dem Conventus agniti. et Synagoga Califici inscribere deman-  
 dam per eandem Synagoga in Satisfactionem Eidem Decreto,  
 et omnes Summas et Provisiones pendenda Actis Castrensis  
 Califici inscribere. Tum Generorum Bartholomaeum Wo-  
 linski Summam duorum millium Flor Pol. ex Summa qua-  
 tuor millium Flor Pol. per Synagoga Califici Actis Ferrasti-  
 bus Califici Feria Secunda post Dominicam Exaudi Anno Mille-  
 simo Septuagentesimo quinquagesimo Sexto Eidem Genero  
 Bartholomaeo Wolinski inscripta Conventus Canonorum  
 Regis Actis Eidem Ferrastibus Califici Feria Secunda post  
 Festum Sancti Michaelis Archangeli Anno Milleesimo se-  
 ptuagentesimo Quinquagesimo nono transfudisse, usque  
 Summis in unam Computatio Summam viginti trium  
millium, viginti sex Florenorum, grossorum viginti Pol.  
 pro Re Conventus Canonorum Regis late a Synagoga  
 Califici provenisse. Deo Judicium Condemnationis  
 Summam in unum juncti viginti trium millium, viginti  
 sex Flor Pol. grosse viginti Pol. liquidam esse agnoscit. Si  
 quidem veri Provisiones attestantibus quietationibus in

:23006. grg 20

Judicio reproduitis, et per Judicium Condeconsorsiale per  
 Summarium Subscriptis ad annum Millesimum Septingentesimum  
 Septuagesimum Septimum sunt persoluita. Pro  
 Provisiones tantum ab anno Millesimo Septingentesimo  
 Septuagesimo Septimo, Salis quietationibus in Summario,  
 non Specificatis, usque exsolvendis in futurum Provisio-  
 nes reproduendas et detruandas per Semiquatuor a Cen-  
 tum provenire judicat. Summa Summarum apud Judaeos Calife  
 ad nostrum Conventum spectans 23026. gr. 20.

N. Decernit idem Judicium Condeconsorsiale, quatuor Seniores  
 Synagoga Calife Registrum Triennalis Proventus Quorundam  
 Synagoga generaliter omnes elucidantia ad Sufficiens Ju-  
 dicium sui informationem componant, idque in instanti, et  
 licet Infideles Judaei Michael Fisel, Matys Josephus uis,  
 Herz Zacharyas uis, Morick Kempinski Seniores Synagoga  
 Calife Tabellam Triennalis proventus ab anno Millesimo  
 Septingentesimo Septuagesimo quarto, ad annum Millesi-  
 mum Septingentesimum Septuagesimum Septimum de bene-  
 re tali: Tabella 13 Beletniey Prowenieneyi Urzelskich  
 Prowentow Kachalnuyh Synagogi Kalistiey od Roku 1774.  
 ad do Roku 1777. Millesimo Septingentesimo Septuage-  
 simo quarto ad Millesimum Septingentesimum Septua-  
 gesimum quintum Prowenieneyi Prowentow.

Tygodniowego Podatku Byto	7220.	gr.
Meyshproueyo Podatku byto	4630.	
Kozi Koziego Podatku byto	13500.	
Arendy z Fedwabiu	100.	
Arendy z Soli	100.	
Arendy z Kier	600.	
Arendy zoiowey	1200.	
Akey z tego miesa Koziernego	120.	
Item z przypadkowej Jutravy		
Summa 20730.		

Ab anno 1775. ad 1776.

Podatku Tygodniowego	-----	8000.
Meyches y inne przypadkowe	-----	5500.
Kotikowego	-----	14000.
Arendy z Jedwabiu	-----	1170.
Arendy z Loli	-----	100.
Arendy z Kur	-----	150.
Arendy toiuwey	-----	600.
Akcyzneygo Mięsa Kosciornego	-----	12000.
Summa		30000.

Ab anno 1776. ad 1777.

Podatku Tygodniowego tu	-----	8000.
Meychesowego Podatku za	-----	4000.
Kotikowego Podatku za	-----	12200.
Arendy z Jedwabiu	-----	1200.
Arendy z Loli	-----	170.
Arendy z Kur	-----	200.
Arendy toiuwey	-----	540.
Akcyznu mięsa Kosciornego	-----	900.
Przypadkowego Podatku	-----	130.
Summa Summarum		27420.

Summa Summarum Id Pol. 27420.

Actum Calipii Sabbatho post Dominicam Mirionidie proximo  
videlicet Die nona mensis Maji anno Domini millesimo se-  
ptingentesimo septuagesimo octavo. Aque in ipsa determi-  
natione Iudicium Terrestrium Palatinatus Calipiensis Di-  
strictualium Feria Tertia post Dominicam Conductus Pasche  
proxima anno Eodem Celebrari in huatorum. Oblata tenor  
Actum in Fundo Ciutlis La Regia Majestatis Kalisz Feria Secun-  
da post Festum Circumcisionis Christi Domini videlicet Die  
quinta mensis Januarii Anno millesimo septingentesimo septua-  
gesimo octavo In presentia Meiorum et Honorariorum Eve-





In nomine Domini Amen. Sub anno Nativitatis  
 ejusdem 1455. Inditione tredecima, Die Studeinca  
 mensis Martii, hora nona, vel quasi in Domo habi-  
 tationis honesti viri honesti ~~Henrici~~ Stelesit liris in  
 Kalis Pontificatus Sanctissimi in Christo Pontificis et Do-  
 mini Domini mortis Sanctissimi Divina Providentia Pope  
 Septimi, anno ipsius primo. Constituta honesta Do-  
 mina Cristina uxor legitima honorati Stelesit predicti;  
 quamvis langvem corpore, sana tamen animo, volem  
 diem mensis sue extreme piis misericordiarum ope-  
 ribus provenire de bonis Libri a Deo collati consensu  
 spirituali ad hoc dicti Henrici mortis sui accedente,  
 dedit, donavit, nomine veri et legitimi testamenti af-  
 firmavit, donatione memorabili facta inter termino strum  
 Fertorem latorum proferum Pragenium, Deo decem  
 propro pro Fertone computando. Religiosis viris Domi-  
 nis, et Fratibus ad S. Nicolaum in Kalis Inmensis  
 Diocesis excepto Preposito eorum, pro anniversario  
 peragendo per eorum Fratres annis singulis pro  
 suis et Ingenitorum suorum animabus salutariter  
 medio singulis quatuor temporibus annis perpetuis  
 futuris temporibus, cum vigiliis, et Missa Defuncto-  
 rum, quem quidem Fertorem ipsa Domina Cristina  
 assignavit, et degulavit ipsi Fratibus recipere de  
 cenno annuo. Quem habet, ut operabat in et super  
 domo aicali retro Monasterium videlicet Monasterii  
 Beati Stanistai Pontificis et martyris gloriosi, ordi-  
 nis Fratrum minorum in civitate Kalis predicta.  
 Sed quia ipse forte tenus annuatitio reemtionis,  
 per eam comparatus, et emptus existit, voluit ipsa  
 Domina Testatrix, et expresse dixit, qui quicumque  
 ipse Fertor: pro duabus sexagenis proferum latorum si-  
 militer predictorum reemptus fuerit, pecuniam ipsam  
 pro sui reempto cenno solutam ad Sacras Edes deponi

et conservari fideliter tam diu donec alter Census, eque  
 bonus, et eque certus, pro iisdem pecuniis fuerit con-  
 paratus, quem Censum existentem prout existit in locum  
 pristinum deportavit, Super quibus omnibus et Singulis  
 tam prefata Domina Cristina, quam prememorati Re-  
 ligiosi viri Curie Parochialis apud S. Nicolaum in  
 Kalist predicta inius poriter petierunt a me publico  
 Notario subscripto Calipii unum vel plura publicum  
 vel publica Instrumentum, vel instrumenta, Acta sunt  
 hoc, Anno, Indictione, mense, die, hora, loco, et Ponti-  
 ficatu, quibus signa, presentibus Legatibus Viris, et  
 Jacobo Zacharia Advocato antiquo, Paulo Golis et  
 pro tunc Advocato libris in Kalist, et alior, quorum  
 pluribus fide dignis vocatis spiritualibus, et rogatis  
 Testibus ad premissa.

Et Ego Petrus Siantustai de Folioze et Len-  
 cur Diaceris Invenone Publicus Actorum Temporalium  
 Notarius Prædictæ donationis, legationis, assignationis  
 ac Testamenti ac donationis Valionis, omnibusque alius  
 et Singulis premissis et premissis. et premissis.  
 fieri, et agere per una cum premissis Testibus  
 presentibus interfui, eaque sic fieri vidi, et audiui,  
 et in hanc publicam firmam redegi, signoque  
 et nomine meo Solitis consignavi, requisitis in  
 fidem premissorum.

Nos Jodocus Divina providentia abbas, Totusque  
 Conventus Canoniorum Regularium Monasterii San-  
 ctæ Mariæ virginis Vratislaviensis in Arona, beati  
 Augustini reverenterimur tenere presentium. Uni-  
 versis, et Singulis presentes liberos inspecturis, seu  
 quibus spectabiliter nosse fuerit opportunum, quod premea  
 habito maturo Consilio demersa, et omnimoda

et dicti Conventus voluntate dedimus, damus, et concedimus <sup>150.</sup>  
per presentes Magistro Nicolai Preposito Domus  
et Rectoris Ecclesie Parochialis Sancti Nicolai in Ka-  
litz Ordinis nostri Professo authenticum litterarum  
et apertum, nec non plenam potestatem sibi scul-  
teham in villa dicta Kuchary, dicta Domus nostre  
Sancti Nicolai in Kalitz componenda et emenda, cum suis  
fructibus, proventibus, et utilitatibus ad eandem prave-  
nientibus, et pro compositione, et emptione hujus scul-  
teham sicut premitur ponda, damus, et concedi-  
mus predicto Magistro Nicolao Preposito autori-  
tatem et licentiam ex favore speciali recipere a lega-  
tibus, honestis, circumspicientibusque viris: Procuratoribus, Con-  
sulibusque Civitatis Calisionis triginta manarum lato-  
rum grossorum repositas in Prætorio dictorum Domini-  
orum pro censibus ad missas Beate Virginis ibidem in Kalitz  
in Ecclesia Sancti Nicolai componendas, sequæ successio-  
nemque suam, seu suis eidem Dominis, simul eorumque  
successoribus, seu quibus fuerit opportunum, obligatio-  
nem abolitionemque duarum manarum octavi cen-  
sus reddituum triginta manarum, sub titulo reem-  
ptionis, tam diu, quousque Magister Nicolaus moder-  
nus Prepositus, seu suis successoribus, sive successores,  
ipsas duas manas annui census erga eos, seu eorum  
successores sive predicta missa Beate Marie Vir-  
ginis, ibidem in Kalitz in Ecclesia Sancti Nicolai  
Executores reemere valeat, seu valeant pro similibus  
pecuniis triginta manarum laterum grossorum. Dum et  
aut sibi, aut ipsius successoribus facultas  
reemendi affuerit, conditione qualibet non obstante, ad  
cupis rei suæ Pudentiam pleniorum, et cautelam pre-  
sentis appensionis sigillorum nostrorum, videlicet abbatibus  
et conventibus, fecimus roborari. Datum Vratislavia Anno Dni 1430  
Dominica die in Festo sancte Agathe Virginis et Martyris gloriosæ



Ad licet jam dudum Corum Felici, et Sanctae memoriae  
 Eodem Domino Jacobo. Archiepiscopo Gnesnensi inter  
 bene memoriae Beniaminum, Rectorem Parochialis  
 Ecclesiae Sancti Nicolai in Kalisz ex una, et Nicolaum  
 Archidiaconum Sanctae Mariae Collegiatae ibidem in Ka-  
 liz, pro et Super similibus Parochia Civitatis in Kalisz  
 ac ipsorum occasione Parte ex altera exorta fuit ma-  
 teria questionis. Idem Dominus Jacobus Archiepi-  
 scopus Gnesnensis in hujusmodi causa rite servato pra-  
 vocando et delibato, juxta ordinem procedens, Sententiam  
 inter Partes praedictas definitivam, quia nulla applicatione  
 Suspensa, in rem transiit iudicatum, Tulit  
 in effectum, et per quam praesentavit, et definiit, equi-  
 tate juri pensante, Quod memorata Ecclesia Sancti  
 Nicolai in Kalisz praedictam territoria Civitatis juxta  
 limites dudum ibidem factas, et descriptas pro sua,  
 et Ecclesia Sancti Nicolai, alteram etiam praedictam  
 pro sua Partibus Parochialis habere, tenere, procurare,  
 debeat, prout hoc in Sententia definitiva clarius con-  
 tinetur, quam habere vult pro inserta. Et quoniam  
 praenominatus Jacobus Archidiaconus, et dicta Ecclesia  
 Beatae Mariae secundum tenorem datae Sententiae in  
 Populione dictae mediae Partis Parochiae Civitatis  
 in Kalisz fuerit, praefabamque Sententiam Rendi Pa-  
 tris in Christo Dni Bodzianta, et Nicolaus Kurouski  
 Archiepiscopus ratificasset, et confirmasset, curatas  
 Praerogativas honoris et reverentiae eadem Ecclesia San-  
 ctae Mariae, quam Notarii publici per ipsorum liberos  
 et Privilegia contulerunt, et Donassent Nicolaus, tamen  
 Joannes Praepositus Claustralis de ordine Sancti Augu-  
 stini, Quia post Dominum Beniaminum ad regendam  
 dictam Ecclesiam Sancti Nicolai successit, dicta Senten-  
 tia

contraveniens, memoratam totam Curiam in Kaliz  
 Parochialem predicta Ecclesia Sancti Nicolai usurpat,  
 occupat, et occupat, solcem propriam in messem alie-  
 nam mittens lingua Sathane animas ad Ecclesiam  
 Sancta Maria pertinentem procurare non formidat,  
 in suum, et Dominorum Parochianorum permaxi-  
 mum detrimentum, et dictus Dominus damnificando  
 in tribus millibus florenorum in praemis, Quam  
 petit Procurator predictus, nemine quo supra per vos  
 Dominum Archiepiscopum Ecclesie Gnesnensis pronun-  
 tian, Decem, et decolorari, Dominus Jaroslavus Archiepi-  
 scopus Gnesnensis, bene et iuste in dicta causa profes-  
 sit sententias, et definiisse, medietatemque libi-  
 tatis in Kaliz secundum limites predictos, Et dictam  
 Ecclesiam Sancta Maria, Parochia ac jure et titulo  
 Parochiali pertinuisse, et spectasse, pertinere, et spectare.  
 ipsamque eidem Ecclesie Sancta Maria adjudicandam  
 fore, et per vos, dictasque confirmationes, ratificationes  
 rationabiliter, et rite factas fuisse, et esse eandemque  
 Curiam definitionem, et omnia eunde sequentia, nec  
 non predictas confirmationes ratificandas fore, et  
 per vos confirmari, oppositiones, molestaciones, irru-  
 ptiones, perturbaciones, et impedimenta per dictos  
 Praepositos, et futuros praestitas, et praestita fuisse illa-  
 bas temerarie, et defacto presumpas illicita con-  
 traria, et presumpas nefaste Praeposito, Super dictis  
 Occupationibus, perturbacionibus, et impedimentis  
 perpetuum silentium imponendum fore, et per vos  
 imponi, ac ipsiusmet occupationis, ac impedimentorum  
 in tribus millibus auri puri dicti Praeposito Archiepiscopo  
 uno, Capitulo, et Vicariis Ecclesie Sancta Maria predicta Conde

innocens fore et per vos condemnatis verum benignum  
 Officium humiliter implorand.

Copia breuiter comparata in presentia Venerabilium  
 Virorum Dominorum Sutorum, siue plerumque  
 ac Venerabilium Dominorum Prepositorum  
 Canoniorum Regularium Ordinis Sancti Augusti  
 Episcopi, nec non omnium et singulorum Copie  
 Eulalie, et Monasterii facte In Kalis. Feliciter  
 adert. Anno Domini 1303. Honorabilis Benia-  
 min Plebanus primus Parochialis Eulalie in Kalis  
 fuit, et investitus ad eandem per Reverendissimum  
 in Christo Patrem Dominum Iacobum Dei gratia  
 Archiepiscopum Sancta Eulalie Gnesnensis Viceke-  
 gem, Polonia Primatem. Iste namque Dominus  
 Iacobus Archiepiscopus Gnesnensis Anno Dni 1303.  
 Octava Idus novembris ex officio suo Civitatem  
 Culpiensem, seu populum ipsius per medium divide-  
 bat propter qd Rectores Eulalie Sancti Nicolai  
 cum Preposito, et Archidiacono Eulalie Colligia-  
 te Sancta Mariae lites moventes coram honorabili  
 Benedicto Canonico, et in spiritualibus Vicario Ge-  
 nerali, ac Officiali Gnesnensi. Quare per senten-  
 tiam definitivam promulgavit anno Domini 1420.  
 Reverendissimum Patrem Dominum Iacobum Archie-  
 piscopum Gnesnensem ex officio dictam Civitatem  
 in Kalis. siue populum eisdem in duas Parochias

Salubriter, et bene, Divisam, ac medietatem ejus pro dicta  
 Ecclesia Sancta Mariae Calipiensis reliquisse, a qua qui-  
 dem Sententia pro Parte honorabilis Magistri Nicolai  
 Buthneri Praepositi et sui conventus Sancti Nicolai Ca-  
 lipiensis ad Sedem Apostolicam est appellatum, prout  
 infra in loco suo in Registro ubi ~~denominatur Augustinus~~  
 Andum Patrem Nicolaum Buthnerum Septimum pa-  
 tetur, partem ipsam Benjamin suscepserunt tres Recto-  
 res Ecclesiae Beati Nicolai, Verum Henricus - -  
 - - - - - circa annum Domini 1304 Die  
 quintadecima Aprilis - - - - - Dominus Casimi-  
 rus Dei gratia Rex Poloniae <sup>petuit</sup> Dominum Conradum abba-  
 tem, <sup>ut</sup> in Kalisz ad regendam Ecclesiam Parochialem  
 Beati Nicolai suos canonicos regulares transiret  
 consentiente et confirmante Reverendissimo Do-  
 mino Jaroslao Dei gratia Archiepiscopo Gnesnensi  
 Danda per Commutationem ipsi Domino Conrado  
 Abbati Vratislaviensi in arena et suo conventui  
 habenti quatuor villas in Palatinatu seu Districtu  
 Siyadiensi situate, videlicet Manham, Wanglow,  
 Polkow, Luboratyce cum omnibus suis Juribus  
 utilitatibus et pertinentiis spiritualibus, et tem-  
 poralibus, nec non jus Patronatus Ecclesiarum in  
 Manha, et in Wanglow cum omnibus suis Juri-  
 bus pro Supradicta Ecclesia Beati Nicolai in Kalisz,  
 et aliam in Kuchary cum omni Jure, et Dominio  
 dictae villa, ac Jus Patronatus ejusdem, cum Allo-  
 dio, et Venis extra Civitatem Kalisz, Insuper jam-  
 dictus Rex Casimirus favet, et concessit, Quatenus pro-  
 dicta Ecclesia, et Monasterio Sancti Nicolai in Kalisz  
 emanentur redditus pro centum moris proporum Pra-  
 gensium, prout scilicet infra in Privilegio Casimiri patebit.



Primus Propositus Ecclesie Sancti Nicolai in Kalisz  
fuit Mathias Superior Monasterii Sancta Maria  
in arena Vratislavia Canoniorum Regularium,  
hic presentatus est per Dominum Conradum  
Abbatem in Crastino beati Tiburtii Anno Domini  
1358, Archiepiscopo Jaroslav --- quo insignivit  
annulo, suo more solito  
vixit annis in Prepositura, et mortuus est

Secundus Joannes Belitz, et fuit investitus  
anno Domini 1383, et anno Domini 1389.  
diem suum clausit extremum.

Tertius Propositus fuit Stephanus Boguscz  
alias Bogusij hic venit anno supra dicto, et anno  
Dni 1462. resignavit propter infirmitatem suam,  
quia cecitate fuit proprus, et permansit in Kalisz  
usque ad mortem, et sepultus est ante summum  
altare.

Quartus Propositus fuit Vilhelmus, hic resigna-  
vit Preposituram in Mator, et suscepit in Kalisz,  
propter bonum pais, et brevi tempore supervixit.  
hic edificavit domum in Dote, quoniam, et consta-  
bat in toto triginta marcas, quia sic convenerat  
carpentatum solum sexum eis tribuit.

Quintus Propositus Joannes fuit Kost, hic resigna-  
vit anno Domini millesimo quadringentesimo  
vicesimo secundo propter cecitatem, et in Mo-  
nasterium reversus ad Vratislaviam, diem  
clausit extremum.

Sextus Propositus fuit Petrus Trebnitz, hic simili-  
ter resignavit propria voluntate anno Domini  
millesimo quadringentesimo vigerimo sexto.

ac obiit in Monasterio Vratislariensi.  
 Septimus fuit Magister Nicolaus Bothner,  
 de Craovia, sub Regis regimine media Pars  
 Civitatis cum suo populo abjudicata est per  
 Sententiam definitivam Domini Benedicti Lu-  
 nonii, et Officialis Gnesnensis Anno Domini 1420.  
 Die Veneris, ante penultimam mensis Februarii,  
 et ista actio incipit tempore Joannis Post  
 Prepositi quinti, et alios antecessores, et tandem  
 prosecuta per venerabilem Dominum Nicolaum  
 Bothnerum Prepositum Septimum, interponendo  
 appellacionem ad Sedem Apostolicam, Et ex post  
 intelligem Dominus Albertus Archiepiscopus cum  
 suo venerabili capitulo Gnesnensi, Anno Domini  
 1420. Volentes precavere expensis gravissimis,  
 Aliam fecerunt limitationem, et cum debita clarifi-  
 catione anno Domini 1420. Itaque Eulecia  
 Beata Maria Virginis in Kalisz Habere debet  
 quartam partem Civitatis, Et Eulecia Divi Nicolai  
 reliquis tres partes, et tria latera ipsius circuli  
 Calpiciensis cum Suburbis omnibus Episcopi Civita-  
 tatis Calpiciensis, Prout litero divisionis Civitatis  
 in Parochias simpliciter declarat. Quamquam Domi-  
 nus Jacobus Archiepiscopus ante appellacionem  
 ad vota Archidiaconi Calpiciensis et aliorum multa  
 foret. In hac causa pro Eulecia Beata Maria  
 Virginis, <sup>De</sup> postea Dominus Adalbertus Archiepisco-  
 pus aliquo modo permutavit, et declaravit, quate-  
 nus deinceps erit firmis, et pax inter prefatos Re-  
 ctos Euleciarum Sancta Maria, et Sancti Nicolai  
 in Kalisz, quo ad Jus Parochiale, Nihilominus



pria tres Partes Antiphonarum, et introlegare procuravit,  
 etiam jam ~~existens~~ Abbas in Vratislavia, Consumma-  
 vit hic incipiens, multa passus, in gratia fuit apud  
 Deum, et homines, Villa Kuchary fuit data cuidam  
 Frickoni de Silesia per Vratislaviam Regimini  
 Eius, tamen opera et impensis vix restituta ultra  
 Sexaginta milliana equitando ad Regem, hic etiam  
 ex parte Vicarius fuit utatus propter Sermones ad  
 Principem, et ad Capitulum Gnesnense remissus,  
 Anno Dni 1441. Eodem anno Dominus Vincentius  
 Archiepiscopus Statuta et Lubricam confirmavit, et  
 tunc ~~primo~~ Fratres in Kalisz incaperunt profite-  
 ri, cum antea fuere manuales, preter Preposito-  
 qui confirmabantur, et ad Voluntatem Domini Ab-  
 batis renovabantur prius enim hec consuetudo facta  
 est in Uniceiow in Vigilia Sancti Andrea Apostoli  
 Gloriosi, Anno Domini ut supra. tandem anno Domini  
 1442. Feria quarta proxima post Tertium Sancti Sta-  
 nislai Martyris Pontificis gloriosi, In Lamucia dum  
 Synodus Generalis celebrabatur. Idem Archiepiscopus  
 in Christo Pater Dominus Vincentius Archiepiscopus  
 Sancte Eulerie Gnesnensis tempore regiminis  
 sui Anno Domini 1458. Murum incaperunt, et  
 fundamenta poverunt, ubi nunc est promptuanium,  
 et Suba major Conventualis. Ad eodem anno de-  
 derent ~~Muraloribus~~ ab octo virgis, qualis virga  
 fortitudo octo ulnas altitudinis et sexdecem longi-  
 tudinis, triginta et mediam octavam marcas. Fodibus  
 vero specialiter tres marcas cum septem grossis, Anno  
 sequenti laboraverunt decem septimanas fodere, et  
 incaperunt Feria Secunda in Prastino divisionis Apo-  
 stolorum fodere, et Feria quinta sequenti murari,



et acceperunt viginti Septem marcas, Scholam totam, ubi modo Stat, propriis impensis comparavit, loco intus area, ubi nunc Stat Structura Domus majoris Stube, Nam ibi antea fuit Schola, comtat vero prefata Schola sic translata, ut inventum est in registro antiquo de manu ejusdem Domini Pauli Prepositi viginti sex maris demptis equis. Et deinceps vero consules Calisionis, sive Collectores Civitatis solent providere hanc Scholam, quo ad edificandum. Quam admodum tempore Domini Nicolai Trachembert de Vratislavia Prepositi fecerunt Anno Domini 1515. Circa Festum Sancti Nicolai, ut patet in libro annotationum. Iste namque Venerabilis Pater Dominus Paulus Prepositus Anno Domini 1463. In die Rogationum translatus est Vratislaviam in Abbatem <sup>nostrum</sup> mori <sup>nostrum</sup> hebdomadas, sed quia exat duos annos, et viginti hebdomadas, sed quia tempore hujus Venerandi Patris Domini Pauli Ecclesia Sancti Nicolai in Kalisz erecta est in Ecclesiam Collegiatam, Pariter et Monasterium ad provocationem, et dispositionem Rndi Patris Domini Jodoci Abbatis Monasterii Beate Marie Virginis Vratislaviense. in arena Visitatoris hujus Loc, Quare regulare transumptum hujus Erektionis Ecclesie Sancti Nicolai in Ecclesiam Collegiatam in hac verba: Licet: Originale habetur Vratislaviae.

Decimus Prepositus fuit Thomas dictus Pystyna de Kalisz, Electus per Compromissum, Compromissores fuerunt Magister Stanislaus Baccalanus formatus in Theologia Eustachius Baccalanus artium, et Frater Monasterii Beate Marie

160

Virginis Vratislaviae, qui venerant pro Electo Magi-  
stro Paulo in Abbatem, Paulus Prior, et Mar-  
tinus Jaklik confirmatus per Dominum Joannem  
Archiepiscopum. Eodem anno 1463, in O-  
patow, Tempore Pii Papa vigerimo secundo Maji.  
Hic primus in Dome Sancti Nicolai in Kalisz.  
est electus in Prepositum, omnes autem de  
Monasterio Beatae Mariae Virginis ex Vratisla-  
via mittebantur, tempore ipsius undecimae.  
Fratres suscepti sunt ad Professionem, atque  
veniens modicum est erectus, et introductus ad  
cellarium factus reus sequentri ad Euleciam  
Chetoniae magnum damnum domus percepit,  
et quicquid fuit in Repositoryo datum pro eodem  
anno Domini 1411 ipso die Sancti Jacobi  
Apostoli Majoris, mortuus est.

Undecimus Prepositus fuit Dominus Gregorius de  
Kostroy Artium Baccalarius, prius vero cognomine  
Monasterii Beatae Mariae Virginis Vratislaviae.  
circa hujus Electionem Fratres impediti sunt per  
Dominum Benedictum Cancellarium Domini Jo-  
annis Archiepiscopi Iwanowski per literas Contra-  
ctatorias, et tandem Fratres coacti consenserunt  
in eum Frater Stanislaus in curru Dominus equi-  
tauit prope Vratislaviam. Quia postea investi-  
tus est per Dominum Joannem Archiepiscopum  
in Iwanowice die Martis 20ma Augusti anno ut  
supra, hic per nullam viarum Electionis fuit ele-  
ctus, sed ut supra cuncti Fratres consenserunt,  
Tempore hujus Damna secuta sunt. Praedium extra  
Kalisz conflagratum est, tempore autumnali, colle-  
ctis omnibus frumentis in toto. In Kuchary simi-

liber, Item Oves mortue sunt in utroque Prædio,  
ita, ut presumeretur, ab octo centis fere ovibus,  
vix Secaginta remanserunt. Discordia inter Fra-  
tres, et ipsum Prepositum habebentur, Fratres  
ad professionem suscepit: Albertum de Trzeme-  
dino Profesum - - - Martinum de Radom-  
sko Plebanum in Panieczino. Qui tempore Discor-  
dia recessit ex mandato Reverendissimi Domini  
Johannis Archiepiscopi. Ordinante vero Preposito  
ad minores intendit. Verum optime memorie,  
et Simonem de Klodawa. Et Fratrem Joan-  
nem Profesum, Nicolaum Paxinski. Bernar-  
dum Wilkowiez. Denique tempore ipsius.  
Villa Boztkowo per Dominum Regem fuit  
data Stitypierski. Et tandem multis Sumptibus  
et expensis vix rehabilita, ratione non expedi-  
tionis ad bellum in Silesiam forte anno Domini  
1464. Tandem per operam Domini Jacobi Ar-  
chiepiscopi ~~est~~ contra restituta est. Qui minus  
juste accusatus fuit coram Rege. Mortuus est  
autem anno Domini 1488. in die Augusti.  
Tempore itaque istius Domini Gregorii de  
Kestry propter impetratum ergo indulgentia Ar-  
chiepiscopi demissa cantanda.

Quoddecimus Prepositus fuit Dominus Lau-  
rentius, hic anno Domini 1482 in Kotlow  
per Dominum Prepositum Gregorium, et Fra-  
tres missus est ad Plebanatum Feria Sexta

ante Simonis et Iude, et ipse permansit fe-  
 re 5. annos supra. Quod Eulogia totum jam Col-  
 legium reformavit testum, domum, et muros  
 circa eandem Eulogiam restauravit. Tandem an-  
 no Domini 1460. per viam Sierotini Electus  
 est in Preposituram Domus hujus, atque rece-  
 ptus de eadem Plebania, Postea vero per Leucom-  
 dipimum Dominum Ebigneum Archiepiscopum Gre-  
 gensem & Sta Augusti confirmatus. Sub eius  
 regimine Satis Magnificum Dormitorium Fratrum  
 Constructum est. cum ad Veneta honorum hujus-  
 modi. Quod tandem tempore Domini Nicolai Tra-  
 chemberg de Vratislavia Prepositi ad impletum  
 est sub expensis et retribus Monasterii hujus,  
 ut patet ex Libro annotationis. Altvoria insu-  
 per reformavit pecudibus et pecoribus replevit.  
 Signanter; In Kuchary Stubam, una cum Palla-  
 tio de novo coartruxit propter improvisam Livii  
 ficationem, et incinerationem. Piscinas ibidem  
 quatuor fudit, cum magnis sumptibus, de eodem  
 animo fertur, quod nulli unquam fuit offensus onero-  
 sus, sed semper quietus, prudens, humilis, atque  
 pudicus. Nam usque ad mortem Virgo perman-  
 sit, benedictus ac de optimo comitis in Jure ver-  
 satus fundatus, parentissimus extitit, et itam dif-  
 simulare sciebat, valde benignus, et affabilis in  
 religione ad quadraginta duos manens, in Prepo-  
 situra vero 20 annos, Tandem octogenarius migro-  
 vit ad Dominam Tena tertia, ipsa die Assumptionis  
 Beatissime Virginis Mariae, quasi hora Secunda noctis



anno Domini 1500. Sub lujus regimine suscepti  
sunt Fratres ad Professionem undecim. Lujus  
anima requiescat in Pace. Amen.

Tredecimus Prepositus fuit Dominus Jo-  
annes Obrazek de Trzemeszna. Dominus Kto-  
daciensis prius Professus, hic Feria Sexta  
post Assumptionis Beatae Mariae Virginis glo-  
riosa per viam Sirutini electus est ad  
Preposituram, quia ipsemet unus de Scruta-  
toribus fuit Anno Domini 1509. Postea investi-  
tus, et confirmatus per Reverendissimum Do-  
minum Andream Rosa Archiepiscopum Gnesnam.

Iste namque Prepositus nihil dignum memo-  
ria fecit, nec diu vixit, et multa consumpsit,  
alias fuit homo eloquens, et astutus, Tempore  
iprius suscepti sunt tres Fratres: Primus  
Dominus Adam Gnesnensis Vicarius, quondam  
Cantor in Kalisz ad Sanctum Nicolaum in Kalisz,  
sed recessit causa de ordinationis domestica.

Secundus Dominus Petrus Altarista, homo jam  
senex Confectus. Et Tertius Albertus Gurbari-  
senior iprius Prepositi, hi duo. Susceperunt Pro-  
fessionem, ipse vero Prepositus obiit. eodem Anno  
Feria 3tia Pasche de mane, et nihil post se re-  
liquit Fratribus, nisi defectum.

Quatuordecimus Prepositus Dominus Nicolaus  
Paxinski, quondam Plebanus in Kottow, de  
Post Procurator in Kuchary, jam Senex Confectus.

Anno Domini 1509. Feria 6ta Post Matrem. Per viam  
 Scrutiniū à nobis electus, assistente Domino Nicolao  
 Trachembery Collectore ad Sanctam Mariam long  
 Rege in arena, qui ex Parte Domini Abbatis tunc  
 ad electionem Vratislavia fuit missus nisi tertius,  
 Deus det principium bonum, melius medium, et fi-  
 nem optatam omnem. Iste namque Paxinski pro-  
 pter demerita, et resistentiā Visitatoris Domini  
 Abbatis, et appellationem frivolam ad Inductionem  
 enim Domini Fratris Stanislai Tard, ipso die San-  
 cti Egidii Abbatis depositus est, per Dominum Tho-  
 mam Abbatem. Anno Domini 1506. Visitatoris  
 Principium huius namque Paxinski vice versa com-  
 mendata est Plebania in Kottow, licet ante etiam  
 alii duo Fratres post ipsius depositionem reuerunt,  
 Martinus, et Nicolaus, <sup>1490</sup> tertius non.

Quindecimus Praepositus huius Celeberrimi Monasterii  
 Sancti Nicolai in Kalisz Canonorum Regularium  
 Ordinis Sancti Augustini habetur Dominus Nicolaus  
 Trachembery de Vratislavia Artium et Doctorum.  
 Baccalarius, Collector Monasterii Beatae Mariae Vir-  
 ginis Vratislaviae, una cum Domino Inposito Be-  
 nedicto Comes Sanctae Spei Vratislaviae. In aspe-  
 res sui Capituli celebrati in Depositione ipsius  
 Domini Nicolai Paxinski. Nam anno Domini  
 1513. Ipso die Sancti Egidii per viam Scrutiniū, et  
 ignis inspirationis. Dem Dominus Nicolaus ele-  
 ctus est et institutus est, atque installatus per  
 ipsum Dominum Abbatem Thomam, et post  
 confirmatus, et vestitus per reverendissimum in

Christo Patrem Dominum Joannem Dei gratia Archi-  
 Episcopum Gnesnensem Legatum natum, et Regni Po-  
 lonie Primatem Dominum suum in Piotrkow  
 Sabbatho ante Exaltationem Sancte Crucis, Tan-  
 dem per realem introductionem ad Ecclesiam San-  
 cti Nicolai introductus venerabilem Dominum  
 Martinum Gabrielem De Staw, Archidiaconum et  
 officialem Calisiensem, cupis facta et acta, ac adifi-  
 cationes constructe satis lucide clarent in Li-  
 bro annotationum, Etiam Fratres per eundem  
 ad Professionem recepti sunt, patet in libro an-  
 notationum antiquo etc.

Sedecimus Prepositus hujus celeberrimi Mona-  
 sterii Sancti Nicolai in Kalisz Lang Rege San-  
 cti Nicolai in Kalisz Sancti Augustini fuit Do-  
 minus Simon de hortis natus ante Kalisz  
 natione, per medium tertium annum regerat  
 Postea Preposituram libere demisit. etc.

Decimus Septimus Prepositus hujus celeberrimi  
 Monasterii Sancti Nicolai in Kalisz Ceno-  
 nicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini  
 habetur Dominus Andreas, natione de Po-  
 lotka. Nam anno Domini 1527, Die Saturni  
 secunda mensis Julii, in Vigilia Sancte Ma-  
 gdalene per viam Serutinii, et Con-  
 mani inspiratione est electus, et postulatus.  
 Deinde hic in loco est confirmatus per Reve-  
 rendissimum Dominum Joannem Dei gratia  
 de Lasko Archiepiscopum Gnesnensem Lega-  
 tum natum, et Regni Polonie Primatem

Qui tandem fuit introductus per Dominum Valentinum Grywacz de Piworice, et installatus, prout mentio est inferius facta, et acta, ac constructiones hic patent. Nam anno Domini 1520. Emit tres equos per decem, et rixem marcas pro usu domestico etc.

Anno Domini 1529. Dedit purgare Pircinam penes Pontem, que purgatio pensat decem marcas pecuniarum demptis omnibus expensis sequenti anno edificatis parietem in aedificio versus Pratum ad Occasum, cui paries transit usque ad Stabulum, penes domos, cui paries constat tres marcas cum media marca etc.

Anno Domini 1530. Post Conflagrationem Civitatis et Monasterii nostri, edificavit domunculam parvam penes Monasterium et Stabulum cum Stabulo propter equos, quod totum constat quatuordecim marcas, et cum interiori Camera.

Anno tandem 1539. Decimus Octavus Propositus fuit Venerabilis Dominus Petrus Gagotek natione Calpionensis, hic conventum magnum exivit a fundamentis que suis sumptibus honorabilis Dominus Hebrni Nicolai de Ivanouice, in Kottow, et ad idem dictus Propositus, rexit hoc celeberrimum Monasterium annis novem, Postea mortuum posuimus in monumentum Anno 1552.

Decimus nonus Propositus erat Dominus Albertus Lysek natione Calpionensis Præcedit in hac Propositura annis quinque post in brevi mortuus anno 1565. Die bta Septembris.



Vigerimus Prepositus Reverendus Pater Jacobus  
Calpiniensis, qui postea Preposituram resignavit.

Vigerimus primus Prepositus Reverendus Pater Al-  
bertus a Hospolyca Concionator Eiusdem Ecclesie  
ac Prior Eiusdem Monasterii, rexit hoc Mona-  
sterium 22 annis, Mortuus 3tia Maji, Anno  
Domini 1590.

Vigerimus Secundus Prepositus Venerabilis Frater  
Job de Chartupia, Qui annos Septem Preposi-  
turam administrans, Eam Presentibus Commis-  
sariis Reverendissimi, et Illustrissimi Domini Do-  
mini Stanislai Archiepiscopi Gnesnensis resigna-  
vit, Anno Domini 1602. Die 6ta Septembris.  
Parochiam in Kottow Filiam administrabat An-  
nos novem, et ibidem obiit, anno 1621.

Vigerimus Tertius Magister Simon Zuberus  
per viam Scrutiniu Electus, Officialatum Calpi-  
ensem cepit Annis 12, regebat annis 40. Vir  
prudens, Testudinem Ecclesie Concameravit,  
Organa, et Campanam extruxit, Mortuus est An-  
no Domini 1649. Die 20 Maji.

Vigerimus quartus Stephanus Gamalewicz Sa-  
cre Theologia Doctor, Professor Klodariensis. Pre-  
posituram rexit, et officialatum Calpiensem  
tres, Tremesno mortuus, Vir magnus Historio-  
graphus in magna presentia, electus fuit Anno  
1649.

Vigerimus quintus Adalbertus Wielewicz hujus Domus

176.

Profepus, post abdicacionem Damalewicz a Prepositura eiusdem per Electionem Successor, presuit Ecclesie huius annis circiter Sedecem, officialatum toto tempore sue Prælationis Calispi hic administravit. Mortuus est Anno Domini 1670.

Vigessimus Sextus Adamus Niesobowicz, vir emeritus in hac domo, prius Mixtadiensis per annos circiter viginti Parochus, hujus etiam Domus Profepus post mortem Alberti Wielewicz per vota electus, eandem Præposituram per annos tredecem laudabiliter administravit. Laboribus, et senectute gravi Profepus, officium hocce resignavit, atque cum Summa omnium Fratrum, et secularium adificatione, inter Fratres privatissimos manens, omnia cum illis munia primus adimplens, obiit plenus dierum, et Religioso homini virtutum condignarum Anno Domini 1693. Die 5<sup>ta</sup> Maji.

Vigessimus Septimus Jacobus Woycinski hujus conventus Profepus, prius Mixtadiensis Parochus, postea post resignationem Adami Niesobowicz per votorum pluralitatem a Fratribus electus, hic non diu hoc administravit officium, nam nisi sex mensibus supervisit. Pro certis conventus negotiis Lovivium pergens, ibidem Lovivii mortuus, et in Ecclesia Collegiata Beata virginis mande ibidem sepultus. Anno 1690. Die 24 Julii.

Vigessimus Octavus Penitlustris et admodum Reverendus Josephus Porebski Profepus Czervvenensis, per vota Fratrum electus, officialatum Calispi toto tempore cum Præpositura summo cum honore

regit, fundit Mammiones omnes inferiores,  
et Superiores cum Refectorio, tandem obiit  
in Stone.

Vigerimus nonus fuit Reverendus Dominus Tho-  
mas Sumarski. Professione Tremesneus, re-  
dit Conventum annis quatuordecim, ferri-  
pere hoc maxima hostilitatis, per Suezos, Co-  
sacos, Morchos, Karmucos, et alios vari ge-  
neris milites exercebantur, et quia portobi-  
tum ejus aliqua a. notata in Consistorio Calif-  
sienzi inscribi curavimus, provocati indiscre-  
te Fratres ejus germani pretenzionibus ini-  
quissime ad Nos, et Conventum nostrum preten-  
sis, cavendum est Posteritati, ne de Familia,  
et Prosapia Superiores eligantur, siquidem enim  
exinde extenuatio Proventuum, qui converti so-  
lent in publica Convivia; et Consanguineorum  
Luera. siquidem Vitipensio Fratrum, Defe-  
ctus rerum temporalium, alias mensa Commu-  
nis tenuis, consequenter ruina Culeria, qua de-  
beret quolibet anno reparari, neglecta per mul-  
tos annos, vix reedificari potest, motuus anno.

Dni 1717. Die 1<sup>a</sup> Decembris.  
Vigerimus fuit Reverendus Dominus Josephus  
Manisdeuski, annorum plus quam triginta  
in Kottowo Prepositus jam Seniculus, Vir  
mitis, et paupicus, tempore hujus regiminis Re-  
verendus Opetynski Archidiaconus, et officia-  
lis Calipsienis, nobis intensissimus tunc tempo-  
ris Visitator Territorii Calipsienis, Visitavit etiam

170.

nostram Ecclesiam, Deinde prætendebat omnino  
internam, et Australem Visitationem, Denegavi-  
mus, quantum potuimus, discessit ad Reverendis-  
simum Szebek Archiepiscopum Gnemenstem,  
assensu quasi nostram contumaciam, allegavit  
quasi abjecta Jurisdictione Loci Ordinarii, ad Su-  
am Abbatem Vratislaviensem, uti antiquitus  
legitimum Superiorem iterum redire deberemus.  
Tandem procurato Visitationis interna Instru-  
mento, venit ad Conventum nostrum, et Sin-  
gulos in cellis visitavit, Præjudiciosam Visitatio-  
nem apprehendens noster Superior Supranom-  
minatus, 4ta die post illum mortuus, vixit in præ-  
positura annis semiduobus 1719 mortuus.  
In eius locum successit Andreas Fogler in-  
Ordine vir modestus, et pauper, Professor  
nostræ Calisiensis vixit annis quatuor, vivit  
cum Sanctis.

Repeto Trigesimus primus Perillustri Reverendissimo  
Domino Joanne Andreas Fogler Prelatus tri-  
um annorum, et duorum mensium, qui multos  
in Libro Defunctorum sacerdotes conscripsit pie  
Defunctos Fratres, ad ultimam tandem et ipse  
pervenit Periodam vite, etatis ultra 63 anno-  
rum, Ipse scilicet ultima feria tertia Concluden-  
te hiemales ferias Bacchanaliorum s. ut sperat,  
ex pia ante acta vita ad perpetuam translatus sa-  
tilliam. Levis quidem videbatur, quæ fuit corre-  
ptus infirmitas ventriculi, hæc tamen ingrave-  
scens, lethalis facta est. Vir fuit verè Religio-  
sus, ac emeritus, variis officiis Diligentissime Sanctus



Concionatoris, Custodis, Parochi, et praesertim mul-  
 tis annis Prioris, quae illum ad Supremum pro-  
 moverunt Praelatus gradum, multis virtutibus  
 praeditus, sed inter omnes maxime humilitatis,  
 ac modestiae religionae. Cum etiam factus Prae-  
 latus, victu, et amictu, aut cubiculo privato im-  
 mutaverat, mensam Communi, ac ordinaria por-  
 tione contentus erat, in choro assiduus, ut  
 autem commodius spiritualibus vacare potu-  
 isset, omnem administrationem in tempora-  
 libus uni commisit capitulariter electo ex Fra-  
 tribus, Non multum sicut de Bonis participans,  
 quia tantum 300 florenos percipiebat. 800.  
 tamen summam legavit pro reparandis orga-  
 nis. Denique pro expensa funeris sufficientem  
 pecuniam, sub episcopi regimine Composita ma-  
 jor benedicta, ac in Turrim reparatam introdu-  
 cta, Vitae solitariae adeo rigidus observator erat,  
 ut vix, idque rarissime de cubiculo suo exivisset,  
 idque urgente necessitate, vel charitate proximi.  
 Prudie obitus missam celebravit, hac die, qua e-  
 vivis discepit, per cubiculum deambulavit. Ac  
 demum deficientibus viribus, in lecto decubens,  
 Confessionarium vocari iussit, facta generali Confes-  
 sione, sensibus integris, petiit sibi offerri Sa-  
 crum viaticum, ac demum extremam unctionem  
 administrari, recusantibus, ac contradicentibus  
 Fratribus si prout ex externis signis, et viribus  
 Iudicium forebant, necdum imminere periculum

100.

mortis, quos per amorem Dei obterlatus est, ne ob  
prolongationem sine Sacramentis decesseret, quibus  
rite perceptis, ac ratione si qua dicitur Testamen-  
tum anima recitata placidissime in conspectu  
Fratrum pro se orantium expiravit. Cui addidit  
splendorem Illustrissimus, ac Reverendissimus Do-  
minus Franciscus Kraszkowski Episcopus Danda-  
niensis, Suffraganeus Gnesnensis. Pontificaliter in hoc  
actu lugubri Sacrificium missae celebrans, cum Summo  
Ceremoniis, cum Summo Concursu Cleri, tam Sa-  
culoris, quam Regularis, Civitatis totius, ac omnium  
denique Scholarum, ut nullus ex Praelatis nostris le-  
gitur tam splendidam habuisse funeralem pompam.  
Sic honorabitur: Cujus Dominus honorare voluerit  
merita, non tantum temporali, sed aeterna quoque  
gloria in caelis.

Trigesimus Secundus Perillustris Reverendissimus  
Dominus Josephus Uminski, et Senatorea digni-  
tate Illustrissimorum Parentum genitus scilicet  
Illustrissimi Domini Stanislai de Uminino U-  
minski, et Anna Xouska Castellani Kryuinen-  
sis. Deinde Thesaurarii Regni etc. Hic verè non  
solum nomine, sed re ipsa Josephus, id est Filius  
aurescens, in brevi enim explevit tempora, quia  
22do aetatis suae anno, ob eximias virtutes pra-  
sertim humilitatem, omnium unanimi voto ele-  
ctus in Praelatum, approbante celsissimo Primate  
Theodoro Polocki. Postmodum Romam se contulit  
pro adimplendis studiis, ibique à Summo Pontifice  
Benedicto decimotertio ad Sacros Ordines, etiam  
Presbyteratum consecratus. Absoluto primo missae

Nisse Sacrificis, pro meritis honore Prothonotaria  
 bus condecoratus est. Finibus Tribus annis, ad pro-  
 pria rediens, feliciter cum honore regerat, Felicius  
 vero resisset suum officium, si in expensis esset par-  
 tior, pro quibus ad suam propriam necessitatem  
 et communitatem, accommodavit a conventu sum-  
 mam sex millium florenorum Polonicarum munita  
 aurea, quod brevi intervallo temporis debitum  
 obligavit se reddiderum, nisi mors praevenisset.  
 Persuadente vero et rogante Priore Ando Dño  
 Augustino Trachowski cum tota Congregatione,  
 fecit pro omni eventu, et incerta hora mortis, sine  
 inscriptionem: ne Damnum patiatur conventus,  
 post mortem ejus, adhuc sanus mente, et corpore,  
 ut ex Paternis, et Maternis Bonis, aut Summis  
 requiratur hoc debitum. uti alii Castrensis Calif-  
 liozibus probatur obiit Anno Domini 1740. Die  
 27 mensis Decembris.

Trigesimus Tertius Perillustri Reverendissimus  
 Dominus Martinus Osuchowski, qui Offi-  
 um Praelati resignans ob Senectutem suam,  
 ac debilitatem, ut possit commodius Deo Servi-  
 re ad eternam vitam se preparans, obdormiit  
 in Domino sub tempore magni Jubilaei, cum de-  
 bita dispositione Sacramentis rite perceptis. Anno  
 Domini 1751. Die 13 Junii.

Trigesimus quartus Perillustri Reverendissimus  
 Dominus Stanislaus Bielicki Praelatus Calif-  
 liensis, antea Gorenis, postmodum Kłodavien-  
 sis Praepositus, ex Congregatione Tremesneri

22

Vir Religiosissimus, ac in devotione vix non conti-  
nuam tempus Consumens, omnibus amabilis, multa-  
edificia reparavit, aliqua nova extruxit, plus per-  
fecisset, nisi fata impedissent. obiit anno Domini  
1757. Die 25 Augusti.

Tricesimus quintus Prelatus Perillustri Reverendis-  
simus Dominus Augustinus Trachowski, viruti-  
annorum, ita mentorum plenus, Religiosa vite  
Solitaria, et Contemplativa observator rigidissi-  
mus, omnibus officiis, et precipue Prioratu ite-  
ratis vicibus laudabiliter functus, In choro api-  
duus, nisi infirmitate impeditus, Beneficium  
Kottoviense, Mieladiense, et Kuchariense pluribus  
annis administrans. In Ecclesia Kuchariensi pra-  
ter alia aucta, hircas vestes argenteas Compa-  
ravit, Unanimes Omnium Fratrum consensu in-  
Prelatum Capitulariter, et Canonice electus, ali-  
quot annis Prelati laudabiliter functus officio,  
plenus humilitatis, et Religiosa modestia potius  
Subesse, quam praesepse volens, Prelaturam spon-  
te in manus Capituli resignavit, Expletis in  
Religione annis 53. Iteratas Primitias cele-  
bravit, quibus celebratis, binos Supplevit an-  
nos, Quo tempore licet Senio confectus, nihil  
tamen de Religiosa observantia dimisit. Tan-  
dem plenus mentorum Pater de Religione opti-  
me meritus, Morbo, et Senio confectus, omnibus  
vite Sacramentis munitus obdormivit in Domi-  
no. Sepultusque est in Sepulchro Fratrum Cujus ani-  
ma aeternum requiescat in Deo. Anno Dni 1769 Die in-  
tra octavam Sani Sepulchri B. V. Mariae.



Trigesimus Sextus Prælatus Perillustrius Reve-  
